



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

xij. De Consecratione Ecclesiae, vel altaris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

Si autem Clerici cuiusvis Ec-
clesiæ eximantur, tunc tam Ca-
nonici, quàm alij Clerici exi-
muntur, non tamen Ecclesia,
nisi aliud in exemptionis pri-
uilegio exprimat^a. Item
quamvis monasterium aliquod
exemptum sit, hoc priuilegio
tamen Capellæ ei subiectæ per-
frui non conceditur^b. Et de-
mum, quibus certæ rei, vel loci
ratione priuilegium exempti-
onis concessum est, eodem pri-
uilegio pro alia re, aliòve loco
non poterunt^c.

^a c. per exem-
ptionem. de
priuil. in 6.

^b c. ex. extra.
de priuileg.

^c c. cum Ca-
pella. ex. de
priuileg.

DE CONSECRATIONE
Ecclesiæ, vel altaris,
TITVLVS XII.

Non est autem temerè con-
cedendum, vt cuiuis liceat
suo arbitrio Ecclesias po-
nere, sed, vt rei tantæ sua digni-
tas, quantum fieri potest, ser-
uetur, certæ solemnitates intro-
ductæ sunt, quæ præire debeant
in Ecclesia faciendæ.

Nam primùm nemo Ecclesi-
am ædificare debet, ante quàm
Episcopus ciuitatis eò accedat,
& crucem ibi figens publicè a-
trium describat: ac priùs ille,
qui ædificaturus est, præfiniat,
quæ ad Luminarium, & Custo-
dum sumptus sufficiant: & de-
monstrata donatione, sic domũ
ædificet: qua erecta, atrium a-
qua benedicta aspergatur^d: po-
stea per consecrationem Deo
ab Episcopo dedicetur, cum

^d c. placuit. 1.
q. 2. c. 1. de
consecrati.
dist. 1.

A missæ celebratione^e. Conse-
cratio autem fit superficiem in-
terioris parietum delinitione
cum crucibus^f: sed oratorium
non consecratur, quia ad oran-
dum, non ad celebrandum ædi-
ficari solet^g.

^e c. omnes Ba-
silicæ. 1.
distin.
^f Ab. c. pro-
posuisti. n.
7. co. tit. de
consecrat.
^g c. si. de cen-
sibus.

Ecclesijs Deo semel sacratis
non est iterum consecratio ad-
hibenda, nisi aut incendio, aut
alia ruina desecratæ sint: quo
casu omnia ex integro agenda
erunt, perinde ac si nunquam
consecratæ fuissent.

Sed & si incertum sit, vtrum
olim consecratæ fuerint, an id
minus, cum nec certa scriptura,
nec testes existant, à quibus in-
dubitatè id sciri possit, nihil
prohibet eos denuo à Capite
consecrari.

At cum Ecclesiæ aut homici-
dio etiam citra sanguinem, aut
feminis, vel sanguinis humani
effusione scedantur, ea labe vi-
no aqua diluto, & cinere abster-
genda est: quæ appellatur Re-
cõciliatio^h. Ecclesia autè non
consecrata, cuiuscunq; feminis
fuerit, vel sanguinis effusione
polluta, aqua protinus exorci-
zata lauanda est, ne diuinæ lau-
dis organa suspendanturⁱ.

^h ca. Ecclesijs
semel. ea. di-
stin. c. pro-
posuisti. ubi
Ab. ext. co.
titul. 7. ca.
solemnita-
tes. 1. cad.
distin.
ⁱ c. si. extr. co.

Quod autem diximus, Eccle-
siam post consecrationem pol-
lutam posse reconciliari, & à
macula inuisa purgari, etiam
de cõmiterio Ecclesiæ intelli-
gendum est: nam si Ecclesiæ
contiguũ sit cõmiterium, pol-

luta Ecclesia & ipsum pollutum erit, nec debebit quis in ea ante absterfionē sepeliri: quod contrā erit, si ab Ecclesia seiunctum fuerit cœmeterium: ipso verò cœmeterio polluto, quamvis Ecclesię annexo, non tamen Ecclesia polluta erit ^a.

^a c. un. eo. tit. in 6.

^b c. 2. extr. eo.

^c c. habetur in Pontificali.

Consecratio Ecclesię etiā priuatis diebus fieri potest ^b: quāvis sacri ordines nō, nisi statutis à iure diebus, conferri possint, vt suprā docuimus: honestiūs tamen in diebus festiuis consecratio fiet ^c. Ecclesiam, in qua mortuorum cadauera fidelium, siue infidelium, sepeliuntur, sanctificare non licet: sed si apta videretur ad consecrandum, inde evulsis corporibus, & rasis parietibus, & tignis eius loci, reedificetur: sed si hæc consecrata antè fuerit, missas in ea celebrare licet, tamen si fideles fuerint, qui in ea sepulti sunt ^d.

^d c. Ecclesiam. de consecr. dist. 1.

Non solūm autem Ecclesia certis solennitatibus sacra efficitur, sed etiam altaria stas solennitates quasdam desiderant in eis consecrandis, nec nisi lapidea sint, consecrari possunt ^e. Solennitates sunt hæc: nam post altaris inuentionem Chrismate factam, & benedictionem ei à summo Sacerdote tributam ^f, in facie ipsius altaris, vel dextro cornu fenestella aperitur, in qua sacræ sanctorū

^e c. altaria. ea. dist.

^f c. uni. 5. fin. ex. de sacr. unc. c. altaria. c. placuit. ea. dist.

reliquiæ conduntur, vnā cum nomine illius sancti, cui altare dicatur, & nomine Episcopi ipsius, qui sacram facit, quæ fenestella deinde paruo lapide vel quadrato, vel rotundo operitur, qui lapis sigillum appellatur ^g: quæ in altari immoto & stabili procedunt. Sed & alia altaris forma est, quod portatile, seu viaticum appellatur, quia per diuersa loca facile trāf ferri potest, & itineri etiam est aptum, estque lapis paruus foramen habens, & consecrationem, lapide superimposito ^h.

^g Ab. c. 2. extra. cod.

^h Ab. d. c. 1.

Possunt etiam plura altaria in eadem Ecclesia simul consecrari ⁱ.

ⁱ c. cum sis. ex. cod.

B Altari autem amoto, & sigillo fracto & diminuto, denuo id consecrabitur ^k.

^k c. 1. extr. eo.

DE ECCLESIIIS ÆDIFICANDIS, vel restituendis, vel sarcientis,

TITVLVS XIII.

SI quando contingit Ecclesias instauratione aliqua egere, putā vt recta, aut parietes ruinam minantes sarciantur, vel fulciantur, aut iam lapsi restituantur, subire hoc onus debebit ipsius Ecclesię rector, si quarta huic vsui à sacris Canonibus ex redbibus Ecclesię assignata non sufficiat, et ipsi Rectori proventus supersint,